227
E
30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

W. K. I: 113
227 E 30.
NKr 531

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Cato ad filium ſuum

Um animaduerteremqꝫ plurimos hoīes grauiter errare in via moꝝ: ſuccurrendū et ꝯſulēdū opinioni eoꝝ fore exiſtimaui Maxime. vt glorioſe viuerēt et honorē ꝯtingerent. ¶ Nunc te fili chariſſime docebo quo pacto mores animi tui componas. Igitur mea precepta ita legito vt intelligas. Legere enim et non intelligere eſt negligere

Itaqꝫ deo ſupplica   Parentes ama
Cognatos cole   Datum ſerua
Foro te para   Cum bonis ambula
Ad conſilium ne acceſſeris anteqꝫ voceris.
Mundus eſto   Cōuiua raro.
Quod ſatis eſt dormi   Magiſtrum metue.
Maiori cede   Verecundiam ſerua.
Saluta libenter   Rem tuam cuſtodi
Diligentiam adhibe   Familiam cura.
Coniugem ama   Liberos erudi
Iraſci abs re noli   Mutuum da
Cui des videto   Iuſiurandum ſerua
Vino te tempera   Pugna pro patria
Non temere credideris   Tute conſule
Meretricem fuge   Iudicio adeſto
Libros lege. quos legeris memento
Litteras diſce   Equum iudica.
Ad pretorium ſtato   Cōſult⁹ eſto Nil mētire
Bonis benefacito   Maledictus ne eſto.
Iracundiam tempera   Neminem irriſeris

KONINKL. BIBLIOTHEEK TE'S HAGE.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Eſtimationem retine
Trocho lude
Minorē te ne ↄtēpſeris
Nil arbitrio viriū feceris
Patere legē quā ipſe tulerꝫ
Parentes patienter vince
Beneficij accepti memor eſto
Minime iudica
Illud ſtude agere quod iuſtum eſt
Libenter amorem ferto

Virtute vtere
Aleas fuge
Miſerū noli irridere
Aliena noli ↄcupiſcere
Pauca in ↄuiuio loq̄re

¶ Sequuntur diſticha.

SI deus eſt animus vt nobis carmina dicunt
Hic tibi precipue ſit pura mente colendus
Plus vigila ſemper. ne ſomno deditus eſto
Nam diuturna quies vicijs alimenta miniſtrat
Virtutem ꝑmam eſſe puto cōpeſcere linguam
Proximus ille deo eſt q̄ ſcit ratione tacere
Sperne repugnando tibi tu cōtrarius eſſe
Conueniet nulli qui ſecum diſſidet ipſe
Si vitam inſpicias hoīm ſi deniqꝫ mores
Cum culpas alios nemo ſine crimine viuit
Que nocitura tenes q̄uis ſint chara relinque
Vtilitas opibus preponi tempore debet
Conſtans et leuis vt res expoſtulat eſto
Temporibus mores ſapiēs ſine crimine mutat
Nil temere vxori de ſeruis crede querenti
Sepe etenī mulier quem coniunx diligit odit
Cumqꝫ mones aliquem nec ſe velit ipſe monere
Si tibi ſit charus noli deſiſtere ceptis
Contra verboſos noli cōtendere verbis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Sermo datur cunctis. animi ſapientia paucis
Dilige ſic alios vt ſis tibi charus amicus
Sic bonus eſto bonis ne te mala dāna ſequātur
Rumores fuge ne incipias nouus autor haberi
Nā nulli tacuiſſe nocet. nocet eſſe locutū
Rem tibi ꝓmiſſam certam ꝓmittere noli
Rara fides ideo eſt qꝛ multi multa loquūtur
Cum te aliq̄s laudat iudex tuus eſſe memēto
Plus alijs de te q̄ꝫ tu tibi credere noli.
Officiū alterius multis narrare memēto
Aſt alijs cum tu benefeceris ipſe ſileto
Multoꝝ cum facta ſenex et dicta recenſes
Fac tibi ſuccurrant iuuenis q̄ feceris ipſe
Ne cures ſi q̄s tacito ſermone loquatur
Conſcius ipſe tibi de ſe putat omnia dici
Cum fueris felix q̄ ſunt aduerſa caueto
Non eodē curſu reſpondent vltima primis:
Cum dubia et fragilis ſit nobis vita tributa
In mortē alterius ſpem tu tibi ponere noli
Exiguū munus cum dat tibi pauper amicus
Accipito placide. et plene laudare memento
Infantem nudū cum te natura creauit
Paupertatis onus patiēter ferre memēto
Ne timeas illam q̄ vite eſt vltima finis
Qui mortē metuit qđ viuit perdit idipſum.
Si tibi ꝓ meritis nemo reſpondet amicus
Incuſare deum noli. ſed te ipſe coerce.
Ne tibi quid deſit queſitis vtere parce
Idqꝫ qđ eſt ſerua. ſemꝑ tibi deeſſe putato.
Quod preſtare potes ne bis ꝓmiſeris vlli

Ne ſis ventoſus cum vis bonus ipſe videri
Qui ſimulat verbis nec corde eſt fidus amicus
Tu quoqꝫ fac ſimile. ſic ars deluditur arte
Noli hoīes blando nimium ſermone probare
Phiſtula dulce canit volucrem dum decipit auceps
Si tibi ſint nati nec opes tunc artibus illos
Inſtrue. quo poſſint inopem defendere vitam
Quod vile eſt charum qđ charum vile putato
Sic tibi nec cupidus nec auarus noſceris vlli
Que culpare ſoles ea tu ne feceris ipſe
Turpe eſt doctori cum culpa redarguit ip̄m
Qđ iuſtum eſt petito. vel qđ videatur honeſtum
Nam ſtultum eſt petere qđ poſſit iure negari
Ignotum temet noli preponere notis
Cognita iudicio conſtant. incognita caſu
Cum dubia incertis verſetur vita periclis
Pro lucro tibi pone diem quicunqꝫ laboras
Vincere cum poſſis interdum cede ſodali
Obſequio quoniam dulces retinentur amici
Ne dubites cum magna petis impendere parua
His etenim rebus coniungit gratia charos
Litem inferre caue cum quo tibi gratia iuncta eſt
Ira odium generat. concordia nutrit amorem
Seruoꝝ ob culpam cum te dolor vrget in iram
Ipſe tibi moderare tuis vt parcere poſſis
Quem ſuperare potes interdū vince ferendo
Maxima etenim morum eſt ſꝑ patientia virtus
Conſerua potius que ſunt iam parta labore
Cum labor in damno eſt mortalis creſcit egeſtas
Dapſilis interdum notis et charus amicis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Cum fueris felix ſemper tibi proximus eſto
Telluris ſi forte velis cognoſcere cultus
Virgilium legito. qꝫ ſi mage noſſe laboras
Herbaꝝ vires Macer tibi carmine dicet
Si romana cupis et punica noſcere bella
Lucanum queras qui martis prelia dicit
Si qͦd amare libet vel diſcere amare legendo
Naſonem petito. ſin autē cura tibi hec eſt
Vt ſapiēs viuas. audi que diſcere poſſis
Per que ſemotū vicijs deducitur euum
Ergo ades et q̄ ſit ſapientia diſce legendo
Si potes ignotis etiam prodeſſe memento
Vtilius regno eſt meritis acq̄rere amicos
Mitte arcana dei celūq; inq̄rere quid ſit
Cum ſis mortalis que ſunt mortalia cura
Linque metū leti. nā ſtultū eſt tp̄e in omni
Dum mortē metuis amittis gaudia vite
Iratus de re incerta contendere noli
Impedit ira animū ne poſſit cernere veꝝ
Fac ſumptum propere cū res deſiderat ipſa
Dandum etem̄ eſt aliq̄d cum tp̄s poſtulat aut res
Qͦd nimiū fugito. puo gaudere memento
Tuta magis puppis modico q̄ flumine fertur
Qͦd pudeat ſocios prudēs celare memento
Ne plures culpent id qͦd tibi diſplicet vni
Nolo putes prauos homīes peccata lucrari
Temporibus peccata latent. et tp̄a patēt
Corporis exigui noli contemnere vires
Ingenio pollet cui vim natura negauit
Quē ſciueris non eſſe parem tibi tp̄e cede

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Victorem a victo ſuperari ſepe videmus
Aduerſus notum noli cōtendere verbis
Lis minimis verbis interdum maxima creſcit.
Quid deus intendat noli perquirere ſorte
Qđ ſtatuit ſine te. ſine te deliberat ipſe
Inuidiam nimio cultu vitare memento
Que ſi nō ledit tñ hanc ſufferre moleſtum eſt
Eſto aīo forti cū ſis damnatus inique
Nemo diu gaudet qui iudice vincit iniquo
Nec te collaudes. nec te culpaueris ipſe
Hoc faciūt ſtulti. quos gloria vexat inanis
Litis p̄terite noli maledicta referre
Poſt inimicicias irā meminiſſe maloꝝ eſt
Utere queſitis modice. dum ſumptus abundat
Labitur exiguo qđ partum eſt tp̄e longo.
Inſipiēs eſto dum tempus poſtulat aut res
Stulticiā ſimulare loco prudētia ſumma eſt
Luxuriam fugito. ſimul et vitare memento
Crimen auaricie. nam ſunt contraria fame.
Noli tu quedam referenti credere ſemper
Exigua eſt tribuēda fides. q̇ multa loquūtur
Qđ potu peccas ignoſcere tu tibi noli
Nam nullū crimē vini eſt. ſed culpa bibentis
Conſilium arcanū tacito committe ſodali
Corpis auxiliū medico committe fideli
Succeſſum indignum noli ſufferre moleſte
Indulget fortuna malis vt ledere poſſit
Proſpice qui veniūt hos caſus eſſe ferendos
Nam leuius ledit quicqđ preuidimus ante
Rem tibi quā noſcis aptam dimittere noli

Fronte capillata poſt eſt occaſio calua
Qđ ſeq̄tur ſpecta. qđqꝫ imminet ante videto
Illum imitare deum qui ꝑtem ſpectat vtramqꝫ
Rebus in aduerſis aīm ſummittere noli
Spem retine. ſpes vna hoīem non morte relinq̄t
Fortior vt valeas interdum parcior eſto
Pauca voluptati debentur. plura ſaluti
Iudiciū rectū nunq̄ꝫ cōtempſeris vnus
Ne nulli placeas. dum vis cōtemnere multos
Sit tibi precipue qđ primū eſt cura ſalutis
Tp̄a ne culpes cū ſis tibi cauſa doloris
Somnia ne cures nā mens humana qđ optat
Dum vigilat ſperat. per ſomnū cernit idipſum
Dc quicūqꝫ velis carmē cognoſcere lector
Hec p̄cepta feras. q̄ ſunt gratiſſima vite
Inſtrue p̄ceptis aīm. ne diſcere ceſſes
Nam ſine doctrina vita eſt quaſi mortis imago
Cōmoda multa feres. ſinautē ſpreueris illud
Non me doctorem ſed te neglexeris ipſe
Cum recte viuas ne cures verba maloꝝ
Arbitrij noſtri non eſt qđ quiſqꝫ loquatur.
Productus teſtis ſaluo tm̄ ante pudore
Quantūcumqꝫ potes celato crimen amici
Sermones blandos bleſoſqꝫ vitare memēto
Simplicitas veri fama eſt. fraus ficta loquēdi
Segniciem fugito q̄ vite ignauia fertur
Nam cū anim⁹ lāguet cōſumit inertia corpus
Interpone tuis interdū gaudia curis
Vt poſſis aīo quēuis ſufferre laborem
Alterius dictū aut factum ne carpſeris vnq̄ꝫ

Exemplo ſimili ne te derideat alter.
Qđ tibi ſors dederit tabulis ſup̄ma notato
Augendo ſerua. ne ſis quē fama loquatur
Cum tibi diuitie ſuperāt in fine ſenecte
Munificus facito viuas. nō parcus amicis
Utile cōſilium dn̄s ne deſpice ſerui
Nullius ſenſum ſi ꝓdeſt tempſeris vnq̄
Rebus et in ſenſu ſi nō eſt qđ fuit ante
Fac viuas ꝯtentus eo qđ tempora prebēt
Uxorem fuge ne ducas ſub noīe dotis
Nec retinere velis ſi ceperit eſſe moleſta
Multoꝝ diſce exemplo q̄ facta ſequaris
Que fugias. nobis ſit vita aliena magiſtra
Qđ potes id tentes: opis ne pōdere preſſus
Succūbat labor. et fruſtra tentata relinquas.
Qđ ſcis nō recte factum nolito ſilere
Ne videare malos imitari velle tacendo
Judicis auxilium ſub iniquo teſte rogato
Ipſe etem̄ leges cupiūt vt iure regnantur
Qđ merito pateris patiēter ferre memento
Cūq; reus tibi ſis ip̄m te iudice damna
Multa legas facito. perlectis ꝑlege multa
Nam mirāda canūt ſed nō credenda poete
Inter cōuiuas fac ſis ſermōe modeſtus
Ne dicare loquax dum vis vrbanus haberi
Coniugis irate noli maledicta timere
Nā lachrymis ſtruit inſidias dum femina plorat
Utere queſitis: ſed ne videaris abuti
Qui ſua cōſumunt dum deeſt aliena ſequūtur
Fac tibi ꝓponas mortē non eſſe timendam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Que bona ſi non eſt finis tñ illa malorum
Vxoris linguam ſi frugi eſt ferre memento
Namqꝫ malū eſt non poſſe pati. nec velle tacere
Dilige non egra charos pietate parentes
Nec matrē offendas dum vis bonus eſſe parenti
Securā quicūqꝫ cupis deducere vitam
Nec viciꝫs herere aīm que moribus obſunt
Hec precepra tibi ſp̄ relegenda memento
Inuenies aliquid quod te vitare magiſtro
Deſpice diuitias ſi vis animo eſſe beatus
Quas qui ſuſcipiunt mendicant ſp̄ auari
Commoda nature nullo tibi tp̄e deerunt
Si contentus eo fueris quod poſtulat vſus
Cum ſis incautus nec rem ratione guberncs
Noli fortunam que non eſt dicere cecam
Dilige denarium. ſed parce dilige formam
Quā nemo ſanctus nec honeſtus captat habere
Cum fueris locuples corpus curare memento
Eger diues habet nummum ſed non hʒ ip̄m
Verbera cum tuleris diſcens aliqñ magiſtri
Fer patris imperium cum verbis exit in iram
Res age que proſunt. rurſus vitare memento
In quibus error ineſt. nec ſpes eſt certa laboris
Qđ preſtare potes gratis concede roganti
Nam recte feciſſe bonis in parte lucroſum eſt
Qđ tibi ſuſpectum eſt confeſtim diſcute q̇d ſit
Namqꝫ ſolent primo que ſunt neglecta nocere
Cum te detineat veneris damnoſa voluptas
Indulgere gule noli. quia ventris amica eſt
Cum tibi proponas animalia cuncta timere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Unum p̄cipimus hoīem plus eſſe timendum
Cum tibi p̄ualide fuerunt in corp̄e vires
Fac facias aīo ſi vis vir fortis haberi
Auxiliū a notis petito ſi forte laboras
Nec q̄ſquam melior medicus q̄ȝ fidus amicus
Cū ſis ipſe nocens moritur cur victima p̄ te
Stulticia in mortē alterius ſperare ſalutem
Cū tibi vel ſocium vel fidum queris amicuȝ
Non tibi fortuna eſt hoīs ſed vita petenda
Utere queſitis opibus. fuge nomen auari
Quid tibi diuitie proſunt ſi pauper abundas
Si famam ſeruare cupis dum viuis honeſtā
Fac fugias aīo que ſunt mala gaudia vite
Cum ſapias aīo noli irridere ſenectam
Nam quocunqȝ ſene ſenſus puerilis in illo eſt
Diſce aliq̄d. nam cū ſubito fortuna recedit
Ars remanet. vitāqȝ hoīs non deſerit unq̄ȝ
Proſpicito cuncta tacitus qđ quiſqȝ loquatur
Sermo hoīm mores et celat et indicat idem
Exerce ſtudium q̄ȝuis p̄ceperis artem
Ut cura ingeniū ſic et manus adiuuat vſum.
Multū venturi ne cures tempora fati
Nam mortē metuit q̄ ſcit cōtemnere vitam
Diſce. ſed a doctis. indoctos ipſe doceto
Propaganda etem̄ eſt reꝝ doctrina bonaꝝ
Hoc bibe qđ poſſis ſi tu vis viuere ſanus
Morbi cauſa mali minima eſt quecunqȝ voluptas.
Laudaris quodcūqȝ palam quodcūqȝ p̄baris
Hoc vide ne rurſus leuitatis crimine damnes
Tranquillis rebus que ſunt aduerſa caueto

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Rurſus in aduerſis melius ſperare memento
Diſcere ne ceſſes. cura ſapientia creſcit
Raro datur longo prudentia tp̄is vſu
Parce laudato. nam quem tu ſepe ꝓbabis
Vna dies qualis fuerit monſtrabit amicus.
Ne pudeat que neſcieris te velle doceri
Scire aliquid laus eſt. pudor eſt nil diſcere velle.
Cum venere et baccho lis eſt. ſꝫ iuncta voluptas
Qđ lautum eſt aı̄o complectere. ſed fuge lites
Demiſſos aı̄o et tacitos vitare memento
Qđ flumen placidum eſt forſan latet altior vnda
Cum tibi diſpliceat rerꝫ fortuna tuarꝫ
Alterius ſpecta quo ſis diſcrimine peior
Qđ potes id tenta. nā littus carpere remis
Tutius eſt multo q̄ꝫ velum tendere in altum
Contra hoīem iuſtū noli cōtendere praue
Semper enī deus iniuſtas vlciſcitur iras.
Ereptis opibus noli merere dolendo
Sed potius gaude tibi ſi contingat habere
Eſt iactura grauis q̄ ſunt amittere damnis
Sunt q̄dam que ferre decet patienter amicum
Tp̄a longa tue noli promittere vite
Quodcūqꝫ ingrederis ſeq̄tur mors corꝑis vmbraꝫ
Ture deū placa. vitulū ſine creſcat aratro
Ne credas placare deū dum cede litatur.
Cede loco leſis fortuna cede potenti
Ledere q̄ potuit prodeſſe aliq̄n valebit
Cum q̄d peccaris caſtigas te ipſe ſubinde
Vulnera dum ſanas dolor eſt medicina doloris
Damnaris nunq̄ꝫ poſt longū tp̄s amicum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Mutarit mores. ſed pignora prima memento
Gratior officijs quo ſis mage charior eſto
Ne nomen ſubeas qđ dicitur officiperdi
Suſpectus caueas ne ſis miſer oībus horis
Nam timidis et ſuſpectis aptiſſima mors eſt
Cum fueris ſeruos proprios mercatus in vſus
Hos famulos dicas. homines tñ eſſe memento
Quam primū capienda tibi eſt occaſio prima
Ne rurſus queras que iam neglexeris ante
Morte repentina noli gaudere malorum
Felices obeunt quorum ſine crimine vita eſt
Cum coniunx tibi ſit nec res ſed fama laborat
Vitandum ducas inimicum nomen amici
Cum tibi contingat ſtudio cognoſcere multa
Fac diſcas multa et vita non velle docere
Miraris verbis nudis me ſcribere verſus
Hos breuitas ſenſus fecit coniungere binos

¶ Finiunt diſticha Catonis ad filium ſuum

¶ Impreſſa Dauentrie Per me Richardum pa-
fraet. Anno domini. M.CCCCC.v. Menſis octo-
bris in profeſto Galli cōfeſſoris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
227 E 30